523 od

Plonowo — Obligatio

Coram officio et actis praesentibus personaliter comparens Nobilis Albertus olim Gregorii Puchalski de Plonowo haeres sanus mente et corpore existens palam ac libere recognovit, Quia Nobili Jacobo olim Joannis Zalewski in Plonowo haeredi et ipsius posteris bonorum suorum immobilium in haereditate Plonowo consistentium in Area Quinque sulcos hiemales a via ad metam prout extenduntur inter metas Nobilium Joannis et Leonardi Plonowskich jacentium cum horto aedificiis omnibusque utilibus nullis exceptis in octo sexagenis pollonicalibus hinc ad exemptionem obligavit et inscripsit. Cui jam ex nunc introcessionem cum possessione per ministerium et Nobiles acceptandam ac admittit submittendo se cum suis successoribus de omnibus bonis memoratam tenutam et eius posteros [illegible] ab omni impedimento juridico toto tempore tenutae eius tueri evincere et solus per se et per submissas personas non inturbare sub vadio simili et coram officio praesenti perempta ratione omnibus juris remediis et defensis etiam de jure fieri solitis se et suos successores [illegible] abscribendo

Czarnackich — Donatio

Coram officio et actis praesentibus Castrensibus Capitanealibus Bransensibus personaliter comparens Admodum Reverendus Laurentius Czarnacki Plebanus Boczkoviensis sanus mente et corpore existens a foro suo proprio et jurisdictione competenti recedendo huic vero foro et jurisdictioni Castrensi Bransensi se totaliter incorporando palam publice ac libere recognovit, Quia Generosis Alberto et Melchiori olim Stanislai Czarnacki filiis fratribus suis germanis et eorum legitimis successoribus totam et integram sortem suam bonorum mobilium et immobilium in haereditate Czarnowy Pluty Konyciany consistentium se recognoscentem inter alios fratres concernentem videlicet in areis hortis agris pratis campis silvis boris rubetis aedificiis omnibus parvis et magnis necnon subditis eorumque laboribus stagnis piscinis molendinis et eorum emolumentis generaliterque cum omnibus et singulis utilibus fructibus proventibus attinentiis et pertinentiis cunctisque commodis nihil sibi et suis posteris aut alii cuipiam reservando seu excipiendo sed prout se praefata sors in sua circumferentia habet et extenditur mera libera sincera et irrevocabili donatione dedit donavit inscripsit et in perpetuum resignavit. Quibus jam ex nunc introcessionem realem cum actuali ac pacifica possessione per ministerium generalis Regni et Nobiles [illegible] acceptandam dat et admittit submittendo se de omnibus bonis cum successoribus suis memoratos

donatarios